Bilskie Coniuges et Malinowska Roborant

101 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premysliens Generosi Michael Bilski et Constantia Wizrowska Coniuges legitimi ab una et Anna de Bystrzeiowice Malinowska parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitaneal Premysliens Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosa Bilska Consors cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sibi mutuo et inuicem una Pars alteri cum posteris utriusque Partis seu ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognitas ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae die Nona Martij Anno praesenti confectam conscriptam manibus suis Recognoscentes proprijs ab utrimque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisa conditionibus punctis

punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus ge
neraliter universis firmiter tenere complere exequi ac inuio
labiliter observare omnibusq et singulis eius contentis tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisface
re Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam
et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vi
cissim in toto referendo. Idq sub vadio summae Quadringentorum
Florenorum polonicalium per partem parti cum successoribus utriusq par
tis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium
et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus
fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo
praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex
Contentis Intercisa praefata non completa complenda Citata ex nunc
memorata Pars una praemissa non tenens nec eius posteri ad
Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis
vel illius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemy
sliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spe
ctat mediante semper in primo Citationis termino tanquam pe
remptorio stare Iuri parere respondere vadium praefactum luere
Inscriptioni huic satisfacere ac omne adiudicatum pati debebit et tene
bitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens
Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde con
sequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infir
mitate pro Maiori Minorennitate successorum legatione [illegible]

Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Exercitum vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris Terrae Terrae bello Conuentio neque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Turecczy inter se mutuo Diuisionem bonorum Roborant.

1019 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosi Paulus ab una et Daniel parte ab altera Turecczy olim Generosi Danielis Turecki cum Nobili olim Marina Bruchobycka Conthorali eius legitima procreati Filij Fratres vero inter se germani sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijcien

palam